



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Apud Cardinales. 279

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Quod ille non segniter exsecutus, regi deinde rescripsit, nullâ se neque diuinarum rerum lectione, neque precibus, tanto opere ad DEI amorem accendi; quam VINIUS IGNATIUM diligenti aspectu.

279. De purpuratorum verò Patrum, ceterorumque Principum iudicio, notius est, quàm quod scribi oporteat; sed & prolixius, quàm quod memorari à me possit. De paucis duntaxat referam. Gaspari Quirogæ, amplissimo Cardinali, eidemque Tolerano Antistiti, & per terram Hispaniam Quæsitore, visus eiusmodi vir est IGNATIVUS; cui absolutissimam perfectionem tribueret: quemque non parcis laudibus, demissum iuxta prædicaret ac comem; patientia, & rerum mortalium contemptu insignem; diuinæ gloriæ, salutisque humanæ studiosum; nullis per-

pe
ne
tri
te
N.
la
ad
ve
ci
pl
z
pu
ra
C
fa
ta
vi
o
ca
tr
b
m
se
fe

perturbationib. obnoxium; & qui neque lætis insolesceret, neque tristibus frangeretur. Gabriel item Cardinalis Pallæottus, I G N A T I V M Ecclesiæ lumen appellat; virumque à Deo excitatum, ad societatem cogendam; quo velut reuiuisceret, noueque sanciretur Rei Christianæ disciplina.

280 Ioannem Vegam, Castellæ præsidem idem I G N A T I V S ita rapuit, vt cum Romæ in Caroli Cæsaris legatione fungenda, eo familiariter esset vsus, ad Societatem postea scriplerit; Beatum videri & Sanctum, & eiusmodi omnino ducem, cuius signa in cælo cū Dominici ac Francisci tropheis constituentur. At Albertus Boiorum Princeps, immortalis nominis hæros, magno semper affectu in I G N A T I V M ferebatur; scriptisque ad eum

O s

sæpe-